BIBLIOTECA DEL SANTUARIO

per reuocationem in ſeruitutem ob ingratitudinem,& ius ſucceſſionis.Quæro quas parochias poterit eccleſia talibus conferre? dic φ poterit eccleſia talibus conferre parochias ſibi ſubiectas.Idem de aliis,ubi poſſet eſſe tanta neceſſitas, vii.q.i.c.Nouatianus,& c.ſcias,de elec.ca.cum nobis olim, & c.in cauſis ſecundum Hoſt.quæro an tales liberti poterũt inter viuos donare aliis?dicunt Docto.φ ſic,ſecundum Innocen.quod credo,niſi ſit manumiſſus hac conditione,ut omnia reſeruet.Quæro an liberti volentes poſſint teſtificari pro eccleſia?dic φ non,C.de quæſtio.l.pridem,ff. de teſtibus,l.lege Iulia.Non ob.iiii.q.iii.ſi teſtes.§.Item liberti,q̃a illa obtinet in aliorum libertis ſecundum Hoſt. Quæro q̃n poſſit patronus ſeruum manumiſſum reuocare in ſeruitutẽ dic φ propter iniuriam etiam leuem,vt hic.& xii.q.ii.c.octaua.C.de li.& eo.libe.l.ſi manumiſſus,niſi remiſiſſet patronatum,propter obſequium autem impoſitum non præſtitũ non,ut C. de libe.cau.l.ſolo,niſi ſit nimis neceſſarium,q̃a denegat alimenta,& proſequitur hic de cauſis reuocandi in ſeruitutem,quæ pertinent ad legiſtam.De libertis eccleſiæ, hoc teneas,φ nõ reuocantur ĩ ſeruitutem laicorum patero norum,quia non debent ordinari,niſi directe,& ſine obſequio ſint manumiſſi.liiii.diſt.c.quicunque.& faciliter promoti ſunt,prout.ſup.dixi.c.ii.ad hoc.xii.q.ii.c.diaconi. Eſt aliud ſpeciale in libertis eccleſiæ,q̃a filii eorum aſtricti ſunt eccleſiæ,vt ſemper ſint liberti.xii.q.ii.c.de libertis. quod ſecus eſt in libertis priuatorum. C.de lib. & eo. libe. l. i.& ii. niſi inquantum ad hoc,φ propter ſuam ingratitudinem filii libertorum viuentibus parentibus rediguntur in ſeruitutem,& ſit talis reuocatio propoſita accuſatione,& iudicis officio ſecundum Inn.non habetis hic alia.

CAP. IIII.

NVllus. Dominus in ſeruo quem manumittit, poteſt ſpirituales operas retinere.h.d. non diuiditur.&c.Caſus literalis. Si aliquis ſeruo ſuo donauerit libertatem,& eum fecerit in presbyterum ordinari,& ille poſtea in ſuperbiam elatus domino ſuo noluerit horas canonicas celebrare,accuſet apud epiſcopum ſuum,& degradetur.B.Nõt.i.φ poteſt dominus operas ſpirituales imponere tempore manumiſſionis ad ordines.No.ii.caſum in quo imponi uidetur pœna degradationis.Tertio no.φ ſi ſeruus operas impoſitas ſpirituales nõ præſtiterit domino,poteſt in ſeruitutem reuocari.No.quis proprie dicatur in ſuperbiam elatus.Oppo. φ dominus retineat operas in ſeruo ad ordinandum manumiſſo.54.diſt.c. quicunque.Sol.ſpirituales poteſt,ut hic,non temporales, ut ibi,& dicit.φ ſpirituales poteſt ſecundum Doct.dummodo retineat incontinenti poſt manumiſſionem,ff. de ope.li. l.ut iuſiurandi,ff.de li.cau.l.vlti.§. in eum. In ſeruitute autẽ facta dominus non obligat. C. an ſer. ex ſa. ſuo.per totum. ſecundum Inn.& Hoſt.Vnde dicit,φ talis conditio põt apponi in ordinatione,ſicut in beneficii conceſſione,de pb.c. ſignificatum,quia in traditione rei ſuæ &c. ff. de pactis.l.in traditionib. & pſertim hoc verum ſi fiat de authoritate epi ſecundum Phil.licet quidam dicant conſenſum fore neceſſarium,quod non placet.Opp.ii.quod non ſit hic accuſator ſed ciuilis actor,cum pęna veniat ad commodum partis,vt nota.de accu.c.qualiter.Sol.dic,quod agitur ciuiliter,& exponitur accuſatus.i.acto ciuiliter contra eum. Et ſi teneas, q̃d criminaliter accuſetur,dicit gl.q̃d inſcribet ad extraordinariam pęnam,quia hæc eſt improportionabilis in accuſante,ad hec de accu.c.ſuper his,quod bene no.Tamen dñt Docto.hic quod dato,quod agatur ciuiliter,deponetur,q̃a alias ſententia non poſſet executioni mandari,& eſt ſimile in denunciatione ſimoniaci,per quam deponitur,q̃a pœnitentiam aliter agere non poteſt.de ac.cap.inquiſitionis. ſed tunc deponitur a dignitate,ſed non degradatur ab ordine, in ſeruo ſecus ſecundum Inno.& Tanc.tene menti iſtum caſum,quia non habes alibi,quod propter accuſationem ciuilem imponatur pęna degradationis etiam in non corrigibilem,ſigna bene.Op.iii.quod per hoc non redigatur in ſeruitutem.54.diſt.c.frequens,& c.ex antiquis,vbi videtur,φ ſacerdos remanet liber.Quidam dicunt,quod hæc corrigit per illam,quod eſt falſum,quia iurium correctio & c. vt in decr.cum expediat,de ele.in vi.uel contrarium continet iᵘˢ commune,hoc ſpeciale eſt in odium illorum,qui promoti ſunt,vt ſeruiant in diuinis officiis,ar.inf.e.ca. co.libentius. Tertia opi.Melendi,quod hic dominus deduxerit in pactũ, ut poſſit reuocari in ſeruitutem,ſi non celebraret diuina in ſeruitute impoſita,ſeu ĩ manumiſſione.B.dicit quod loquitur hic de ſeruo prælati,contra de ſeruo priuati. Hu.dicit quod hoc c.non tenet,glo.dicit quod opi.Melen. ſibi videtur uera.& dicit gl.quod adeſt argumẽtum,q̃d ſi ſeruᵘˢ ignorante domino ordinetur,ſibi reddi debet,ut ſeruiat in diuinis,54.diſt. ca. frequens.ergo multo fortius,vbi ſi eo pacto manumittitur,ut ſeruiat,quia in eo ſi non faciat, tunc notatur maior contumacia,vnde propter contumaciam,& fidẽ ruptam,& pactum redditur domino,& nullo clericali priuilegio gaudebit,quo ad dominum.dic ſi ſeruus eſt manumiſſus,& impoſita ſunt ſeruitia ſpiritualia, & hoc pacto, quia ſi non fecerit redigatur in ſeruitutem,procedit, hõc ubi eſſet ſeruus etiam priuati,fortius ſi ſeruus eccleſiæ eſt manumiſſus, hoc poſito ut ſeruiat in diuinis, non tamen appoſitum eſt pactum de reuocando in ſeruitutem adhuc ſecũdũ Io.pcedit hoc c.ſi autem impoſitæ non ſunt operæ ſpirituales,ſed ſimpliciter manumiſſus opi. ſunt Io. quod tunc non reuocabitur in ſeruitutem.Goff.tenet quod abſque alia impoſitione hoc ſeruitium debet domino,alias degradabitur, ſed in ſeruitutem non redigetur,de hoc.54.di.c.ii.& reſidet Io.An.& ſic loquitur indiſtincte hec litera, capitula autem contraria procedunt,quando vult reuocare ex altera ingratitudine non permiſſa.Oppo. iiii. quod ex pacto non liceat operas ẽt ſpirituales retinere.i.q.ii.c.quam pio.Solu.libertas quid ſpirituale dicit,ideo hæc conditio poteſt apponi, quæ ſpiritualis eſt.de rer.permu.c.ad quæſtiones.Sed veritas eſt,quod nõ eſt libertas,quid ſpirituale,quod patet, q̃a vendi poteſt,quod non poſſet,ſi eſſet, quid ſpirituale.Ideo dic,quod non dabit libertas ſub illa conditione,uel modo, ſed ſimpliciter de ſe libertas,& modus de ſe imponebatur, vel erat hoc debitum iuris, ideo licitum fuit in pactum deduci,de reſcr.c.ad audiẽtiam,& in c.ſignificaſti,de cle.Quç

a ro quas operas poteſt q̃s manumittendo retinere[a]? dic q̃d quædam ſunt ſpirituales,& has poteſt retinere, q̃dam ſunt fabriles,quędam carpentariæ,& aliç artificiales,ut arare,fodere,& has nõ poteſt dominus in ſeruum manumiſſum ad ordinem retinere.quædam ſunt obſequiales,& aliquç ſunt in non faciendo,ut non vocare in ius ſine uenia.ſup.c. proxi.& quędam in faciendo,vt in aſſurgendo. primas retinet, ſecundas,non,niſi ſint ſpirituales,& has poteſt in ordinatione manumiſſionis imponere,poſtea non,quia rei ſacre non conſtituitur ſeruitus,ff. communia prædi. l. caueri. Quero an hic presbyter degradatus,ſit in ſeruitute?dicit hic Ioan. And.quod in antiqua ibi,degradetur,ſequebatur,& ſeruus fiebat domini ſui quod ſtudioſe remotum fuit,quia abſurdum erat,quod presbyter in ſeruitutem redigeretur,ſecundum Goffre.& Hoſt. per quod videtur ſuperflua vltima gl.

ADDITIO

a ¶Retinere.Tu uide plene Bal.de hac quæſtione in l.ſi non ſortem §. libertus. & ibi Alexan.declarantem poſt Barto.& Bald.ff.de conditio.inde eundem in l.liberti.i & ii.& vi.eo.C.de ope.lib.& Specu.in ti.de ſer. non ord. uer. generaliter. Zac.

CAP. V.

COnſuluit. Spurii vel ſerui ordinari non debent.hoc dicit.Et non diui

1 ditur.†No.i.ſummarium.Opp.quod talia in cõſecratione non proferat papa,ut ſup. de ſcruti. c.i.Sol.licet papa non vtatur ſcrutinio,utitur tamen his verbis,& ſimilibus in conſecrationib.de quibus patet in pontificali,ſiue ordinario epiſcopali, ut hic patet, ſabbato in veſperis,dum ſcrutat̃ Metropolitanus conſecrãdum, inter alia dicit,bigamos,aut carnales,aut de ſeruili cõditione ad ſacramentum ordinem nõ promoueas,quorũ verborũ mẽtẽ hic ponit.Et no.duo hic Hoſt.primo. φ liber pontificalis eſt authenticus,ex quo hic allegat̃.ſic de arbore ſolet pbari per canonem.35.q.v.c.ad ſedem,& vx. diſt. c. canones, & c.ſancta.28.di.c.quo ipſis.debet autem illum librũ habere presbyter,ut ſciat exhibere ſacra,q̃ ſpectant ad ipſum,& ut epiſcopus libro non careat,cum declinat ad parochiam. Scd̃o no.φ ſufficit hr̃e verborũ mẽtẽ, etſi verba formaliter non habeantur.i.q.i.c.marchio, & de hoc in cle. ne Roma

a ni.de cle.ver.poſt q̃ Gl.i.declarat quid eſt ſpurius, [a] uide gl. de re-

ADDITIO.

a ¶Spurius Quid ſit ſpurius,declarat Barto. in l.ſi.ff.de his qui ut ind.& Do. in l.ii.in prin.ff.de uer.obl.Et no.quod ſpurius eſt infamis,ſecundum Azo. in ſum.ti.C.qui ex cau.infa.irro.no. Bal.in l.bona fides, C de re. cre. de quo p Lanfr.de Oria.in repe.l.amouendi col.xxxi.ff.de iurei.& l. tius ibidem per D.Fran.Cur.in ii & iii.col. Seb.Sap.